



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De venditione & emptione. cap. xlviii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A cantilenas, queque multam in animis libidinem pariunt, quam diutissimè sine illa satiate audientes. Atque huinsmodi populos plerique fortunatos predicant, quod relictus forensibus negotiationibus, aut artibus ad vitam necessariis, per summam inertiam ac voluptatem constitutum sibi vita tempus traducant: illud scilicet ignorantes, orchestrā impudicis spectaculis affluentem, communem ac publicam libidinis scholam ijs esse, qui scenici luc illic vna sedent: atque modulatissimos tibiarum concentus, mētriciisque cantiones audi animæ dientium animis infidentes, nihil aliud afferre, quam ut omnibus turpiter & obscenè se perniciose gerere persuadent, citharœdorum scilicet aut tibicum pulsus imitantes.

Nonnulli eorum qui insano equorum studio tenentur, in somnis etiam de equis concertant, currus in diuersum compingentes, & aurigas immutantes: ac denique à diurna stultitia ne in nocturnis quidem viuis absunt.

B Qui Circensibus ludis ac spectaculis oblectantur, circa aduersarios equorum cursus Naz. O- ita affecti sunt, ut exiliant, clamant, puluerem in caelum mittant, sedentes habentas mode-<sup>rat. de</sup> rentur, aërem feriant, equos digitis, quasi stimulis, in alterum atque alterum latus subinde Basili. iungant (cum nihil horum in ipsorum potestate situm sit) facile inter se aurigas, equos, equorum stationes, certaminis duces permutent: idque quinam tandem tenuiores plerumque ac pauperes, & quibus ne in unum quidem diem victus suspetit.

C Qui Domini metu prædicti sunt, Dominicum diem expectant, ut Deo preces adhibeant, ac corpore & sanguine Domini fruantur. Inertes autem & socordes Dominicum Qie. Do- diem expectant, ut ab opere feriati, vitijs operam dent. Quod autem non mentiar, res ipso- minicum sa fidem faciunt. Alio die in medium prodi: & neminem inuenies. Die Dominico egre-<sup>imp. ij</sup> atque uestra me- dere: atque alios cithara canentes, alios applaudentes ac saltantes, alios sedentes, ac proximatos maledictis insectantes, alios denique luctantes repieres. Preco ad Ecclesiam vocat<sup>re exp</sup>, & omnes segnitie torpent, ac moras negligunt. Cithara aut tuba personuit? & omnes tan- tunt. quam alis instruti currunt. Ecclesiæ spectacula cernimus, Dominum Christum in mensa recumbentem prospicimus; Seraphinos ter sanctum hymnum canentes, Euangelicas vo- ces, Spiritus sancti presentiam, Prophetas resonantes, angelorum hymnum, Alleluia, omnia spiritualia, omnia salute digna, omnia cœleste regnum conciliantia. Hec audit qui in Ecclesiam ingreditur. Quid autem cernit, qui ad theatra currit? Diabolicos cantus, mulierculas saltantes, vel, ut rectius loquar, dæmonis intemperij agitatas. Quid enim saltatrix facit? Caput, quod Paulus perpetuo tegi iusfit, impudenter aperit. Collum in- 1. Cor. ii. uertit: comam hoc atque illuc expandit. Hec porrò etiam ab ea sunt, quam dæmon obse- sam tenet. Citharœdus autem, tanquam dæmon, cum ligno conflictatur. Tale nimurum Herodis quoque conuinium erat. Herodiadis filia ingressa, tripudianit, ac Ioannis baptista caput amputauit, & subterranea inferni loca hereditatis loco consecuta est. Quocirca qui choreas & saltationes amant, cum ea portionem habent. Ve his qui Dominico die cithara ludunt, aut operantur. Ad mercenariorum ac seruorum requietem hic dies concessus est. Hec enim dies, inquit ille, quam fecit Dominus: exultemus, & letemur in ea. In- Psal. 117. greditur in domum tuam mercenarius, atque humeros suos operibus tuis subiicit. Labore ac sudore conteritur: nec ipsi respirandi, corporisque relaxandi potestatem facit.

## De venditione &amp; emptione.

CAP. XLVIII.

E

**V**i emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat. Quia qui vendit, ad Ezech. 7. id quod vendidit, non reuertetur. Inter venditorem & emptorem con- teretur peccatum.

## De diuina castigatione, &amp; ijs qui præclare eam ferunt.

CAP. XLIX.

Aa ij